



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qdp1.html>

**Sancti Thomae de Aquino
Quaestiones disputatae de potentia.**

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 1

Articulus 3

**Tertio quaeritur utrum ea quae sunt naturae impossibilia, sint Deo
possibilia.**

Et videtur quod non.

Arg. 1. Dicit enim quaedam Glossa, Rom. XI, vers. 24, quod Deus cum sit auctor naturae non potest facere contra naturam. Sed ea quae sunt impossibilia naturae sunt contra naturam. Ergo Deus ea facere non potest.

Arg. 2. Praeterea, sicut omne in natura necessarium est demonstrabile, ita omne impossibile in natura, est improbable per demonstrationem. Sed in omni conclusione demonstrationis includuntur demonstrationis principia; in omnibus autem demonstrationis principiis includitur hoc principium, quod affirmatio et negatio non sunt simul vera. Ergo istud principium includitur in quolibet impossibili naturae. Sed Deus non potest facere quod negatio et affirmatio sint simul vera, ut respondens dicebat. Ergo nullum impossibile in natura potest facere.

Arg. 3. Praeterea, sub Deo sunt duo principia, ratio et natura. Sed Deus ea quae sunt impossibilia rationi, facere non potest, sicut quod genus non praedicetur de specie. Ergo nec illa quae sunt impossibilia naturae.

Arg. 4. Praeterea, sicut se habet falsum et verum ad cognitionem, ita se habet possibile et impossibile ad operationem. Sed illud quod est falsum in natura,

Deus scire non potest. Ergo quod est impossibile in natura, Deus non potest operari.

Arg. 5. Praeterea, quando est simile de uno et omnibus, quod probatur de uno, intelligitur de omnibus esse probatum; sicut si probatur de uno triangulo, demonstrato quod habeat tres aequales duobus rectis, de omnibus intelligitur esse probatum. Sed similis ratio videtur de omni impossibili, quod Deus illud possit et non possit; tum ex parte facientis, quia divina potentia infinita est: tum ex parte facti, quia omnis res habet potentiam obedientiae ad Deum. Ergo si aliquid impossibile est naturae quod facere non possit, ut respondens dicebat, videtur quod nullum impossibile facere possit.

Arg. 6. Praeterea, II Timoth. II, 13, dicitur: *fidelis Deus, qui se ipsum negare non potest.* Negaret autem se ipsum, ut dicit Glossa, si promissum non impleteret. Sicut autem promissum Dei est a Deo, ita omne verum est a Deo: quia, ut dicit Glossa Ambrosii I Cor. XII, 3, super illud: *nemo potest dicere, dominus Iesus, omne verum, a quocumque dicatur, a spiritu sancto est.* Ergo non potest facere contra aliquid verum. Faceret autem contra verum, si faceret aliquid impossibile. Ergo Deus non potest facere aliquid impossibile in natura.

Arg. 7. Praeterea, Anselmus dicit, quod minimum inconueniens Deo est impossibile. Sed inconueniens esset quod affirmatio et negatio essent simul vera, quia intellectus esset ligatus. Ergo Deus non potest facere hoc; et ita non potest facere omnia impossibilia in natura.

Arg. 8. Praeterea, nullus artifex potest operari contra artem suam: quia principium suae operationis est ars. Sed Deus faceret contra artem suam, si faceret aliquid impossibile in natura: quia naturae ordo, secundum quem illud est impossibile, est secundum artem divinam. Ergo Deus et cetera.

Arg. 9. Praeterea, magis est impossibile quod est impossibile per se quam quod est impossibile per accidens. Sed Deus non potest facere quod est impossibile per accidens, scilicet quod id quod fuit non fuerit, ut patet per Hieronymum qui dicit, quod cum cetera Deus possit, non potest facere virginem de corrupta; et per Augustinum, et per philosophum. Ergo Deus non potest facere id quod est impossibile per se in natura.

Sed contra 1. Est quod dicitur Lucae I, 37: *non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

Sed contra 2. Praeterea, omnis potentia quae potest facere hoc et non illud, est potentia limitata. Si ergo Deus potest facere possibilea in natura, et non impossibilea, vel haec impossibilea et non illa, videtur quod Dei potentia sit limitata, quod est contra supra determinata. Ergo et cetera.

Sed contra 3. Praeterea, omne illud quod non limitatur per aliquid quod est in re, per nihil quod est in re impediti potest. Sed Deus non limitatur per aliquid quod est in re. Ergo per nihil quod est in re potest impediti; et ita veritas huius principii: affirmatio et negatio non possunt esse simul, non potest impedire quin Deus possit facere. Et pari ratione de omnibus aliis.

Sed contra 4. Praeterea, privationes non suscipiunt magis et minus. Sed impossibile dicitur secundum privationem potentiae. Si ergo unum impossibile est quod Deus facere potest, ut caecum illuminare, videtur pari ratione quod potest facere omnia.

Sed contra 5. Praeterea, omne quod resistit alicui, resistit in ratione alicuius oppositionis. Sed potentiae divinae nihil est oppositum, ut ex supra dictis patet. Ergo ei nihil potest resistere; et ita potest facere omnia impossibilea.

Sed contra 6. Praeterea, sicut caecitas opponitur visioni, ita virginitas partui. Sed Deus fecit quod virgo, manens virgo, pareret. Ergo pari ratione potest facere quod caecus, manens caecus, videat, et potest facere quod affirmatio et negatio sint simul vera, et per consequens omnia impossibilea.

Sed contra 7. Praeterea, difficilius est coniungere formas substantiales disparatas quam formas accidentales. Sed Deus coniunxit in unum formas substantiales maxime disparatas, scilicet divinam et humanam, quae differunt secundum creatum et increatum. Ergo multo amplius potest coniungere duas formas accidentales in unum, ut faciat quod idem sit album et nigrum: et sic idem quod prius.

Sed contra 8. Praeterea, posito quod a definito removeatur aliquid quod cadat in eius definitione, sequitur contraria esse simul, sicut quod homo non sit rationalis.

Sed terminari ad duo puncta est in definitione lineae rectae. Ergo si quis hoc removeat a linea recta, sequitur quod duo contraria sint simul. Sed Deus hoc fecit quando intravit ianuis clausis ad discipulos: tunc enim fuerunt duo corpora simul, et sic sequitur quod duae lineae fuerunt terminatae ad duo puncta tantum, et unaquaeque ad duo puncta. Ergo Deus potest facere quod affirmatio et negatio sint simul vera, et per consequens potest facere omnia impossibilia.

Conclusio. Respondeo. Dicendum, quod, secundum philosophum, possibile et impossibile dicuntur tripliciter. Uno modo secundum aliquam potentiam activam vel passivam; sicut dicitur homini possibile ambulare secundum potentiam gressivam, volare vero impossibile. Alio modo non secundum aliquam potentiam, sed secundum se ipsum, sicut dicimus possibile quod non est impossibile esse, et impossibile dicimus quod necesse est non esse. Tertio modo dicitur possibile secundum potentiam mathematicam quae est in geometricis, prout dicitur linea potentia commensurabilis, quia quadratum eius est commensurabile. Hoc autem possibili praetermisso, circa alia duo consideremus.

Sciendum est ergo quod impossibile quod dicitur secundum nullam potentiam, sed secundum se ipsum, dicitur ratione discohaerentiae terminorum. Omnis autem discoherentia terminorum est in ratione alicuius oppositionis; in omni autem oppositione includitur affirmatio et negatio, ut probatur X Metaph.; unde in omni tali impossibili implicatur affirmationem et negationem esse simul. Hoc autem nulli activae potentiae attribui potest; quod sic patet. Omnis activa potentia consequitur actualitatem et entitatem eius cuius est.

Unumquodque autem agens est natum agere sibi simile; unde omnis actio activae potentiae terminatur ad esse. Etsi enim aliquando fit per actionem non esse, ut in corruptione patet, tamen hoc non est nisi in quantum esse unius non compatitur esse alterius, sicut esse calidi non compatitur esse frigidi; et ideo calor ex principali intentione generat calidum, sed quod corrumpat frigidum, hoc est ex consequenti. Hoc autem quod est affirmationem et negationem esse simul, rationem entis habere non potest, nec etiam non entis, quia esse tollit non esse, et non esse tollit esse: unde nec principaliter nec ex consequenti potest esse terminus alicuius actionis potentiae activae.

Impossibile vero quod dicitur secundum aliquam potentiam potest attendi dupliciter. Uno modo propter defectum ipsius potentiae ex se ipsa, quia videlicet

ad illum effectum non potest se extendere, utpote quando non potest agens naturale transmutare aliquam materiam. Alio modo ab extrinseco, utpote cum potentia alicuius impeditur vel ligatur. Sic ergo aliquid dicitur impossibile fieri tribus modis. Uno modo propter defectum activae potentiae, sive in transmutando materiam, sive in quocumque alio; alio modo propter aliquod resistens vel impediens; tertio modo propter hoc quod id quod dicitur impossibile fieri, non potest esse terminus actionis.

Ea ergo quae sunt impossibilia in natura primo vel secundo modo, Deus facere potest. Quia eius potentia, cum sit infinita, in nullo defectum patitur, nec est aliqua materia quam transmutare non possit ad libitum; eius enim potentiae resisti non potest. Sed id quod tertio modo dicitur impossibile, Deus facere non potest, cum Deus sit actus maxime, et principale ens. Unde eius actio non nisi ad ens terminari potest principaliter, et ad non ens consequenter. Et ideo non potest facere quod affirmatio et negatio sint simul vera, nec aliquid eorum in quibus hoc impossibile includitur. Nec hoc dicitur non posse facere propter defectum suae potentiae: sed propter defectum possibilis, quod a ratione possibilis deficit; propter quod dicitur a quibusdam quod Deus potest facere, sed non potest fieri.

Ad primum ergo dicendum, quod verbum Augustini in Glossa illa non est intelligendum quod Deus non possit facere aliter quam natura faciat, cum ipse frequenter faciat contra consuetum cursum naturae; sed quia quidquid in rebus facit, non est contra naturam, sed est eis natura, eo quod ipse est conditor et ordinator naturae. Sic enim in rebus naturalibus videtur, quod quando aliquid corpus inferius a superiori movetur, est ei ille motus naturalis, quamvis non videatur conveniens motui quem naturaliter habet ex seipso; sicut mare movetur secundum fluxum et refluxum a luna; et hic motus est ei naturalis, ut Commentator dicit, licet aquae secundum se ipsum motus naturalis sit ferri deorsum; et hoc modo omnes creaturae quasi pro naturali habent quod a Deo in eis fit. Et propter hoc in eis distinguitur potentia duplex: una naturalis ad proprias operationes vel motus; alia quae obedientiae dicitur, ad ea quae a Deo recipiunt.

Ad secundum dicendum, quod in quolibet impossibili implicatur affirmationem et negationem esse simul secundum hoc quod est impossibile; sed ea quae sunt impossibilia propter defectum potentiae naturalis, ut caecum, videntem fieri, vel aliquid huiusmodi, cum non sint impossibilia secundum se ipsa, non implicant huiusmodi impossibile secundum se ipsa, sed per comparisonem ad potentiam

naturalem cui sunt impossibilia, ut si dicamus, natura potest facere caecum videntem, implicatur praedictum impossibile, quia naturae potentia est terminata ad aliquid, ultra quod est id quod ei attribuitur.

Ad tertium dicendum, quod impossibilia rationalis philosophiae non sunt secundum aliquam potentiam, sed secundum se ipsa: quia ea quae sunt in rationali philosophia, non sunt applicata ad materiam, vel ad aliquas potentias naturales.

Ad quartum dicendum, quod illud quod est falsum in natura, est falsum simpliciter, et ideo non est simile.

Ad quintum dicendum, quod non est eadem ratio de omni impossibili: quia quaedam sunt impossibilia per se, quaedam per respectum ad aliquam potentiam, ut supra dictum est. Nec hoc quod dissimiliter se habent ad divinam potentiam, impedit infinitatem divinae potentiae, vel obedientiam creaturae.

Ad sextum dicendum, quod Deus id quod iam verum est, non destruit; quia non facit ut quod verum fuit, non fuerit; sed facit quod aliquod non sit verum, quod alias verum esset. Sicut cum suscitatur mortuum, facit quod non sit verum eum esse mortuum, quod aliter verum esset. Vel aliter dicendum, quod non est simile, quia ex hoc quod Deus non impleteret promissum, sequeretur eum non esse veracem: ex hoc autem quod aliquem suum effectum destruit, hoc non sequitur: quia non ordinavit ut suus effectus perpetuo maneret, sicut ordinavit quod promissum impleteret.

Ad septimum dicendum, quod non potest facere affirmationem et negationem esse simul: non quia sit inconveniens, sed ratione praedicta.

Ad octavum dicendum, quod ars Dei non solum se extendit ad ea quae facta sunt, sed ad multa alia. Unde quando in aliquo mutat cursum naturae non propter hoc contra artem suam facit.

Ad nonum dicendum, quod Socratem non cucurrisse, si cucurrerit, dicitur impossibile per accidens: eo quod Socratem currere vel non currere, quantum est in se, est contingens; sed per implicationem huius quod est praeteritum non fuisse, fit impossibile per se. Et ideo dicitur impossibile per accidens, quasi per

aliud adveniens. Hoc autem adveniens est impossibile secundum se ipsum. Et plane implicat contradictionem: dicere enim, quod fuit et non fuit, sunt contradictoria: quo sequitur, si fiat quod praeteritum non fuerit.

Ad primum sed contra vero, quod in contrarium obiicitur, dicendum, quod verbum dicitur non solum quod ore profertur, sed quod mente concipitur. Hoc autem quod est affirmationem et negationem esse simul veram, non potest mente concipi, ut probatur IV Metaph., et per consequens nec aliquid eorum in quibus hoc includitur. Cum enim contrariae opiniones sint quae sunt contrariorum, secundum philosophum, sequeretur eundem simul habere contrarias opiniones: et ita non est contra verbum Angeli, si dicatur, quod Deus non potest praedictum impossibile.

Ad secundum sed contra dicendum, quod potentia Dei non potest praedictum impossibile, quia deficit a ratione possibilis: et ideo potentia Dei non dicitur limitari, quamvis hoc non possit.

Ad tertium sed contra dicendum, quod Deus dicitur hoc non posse, non a libero arbitrio, quasi impeditus, ut dictum est; sed quia hoc non potest esse terminus actionis alicuius activae potentiae.

Ad quartum sed contra dicendum, quod privatio non recipit magis et minus secundum se; potest tamen recipere secundum causam; sicut aliquis dicitur magis caecus qui habet oculum erutum, quam cuius visus impeditur propter aliquem humorem impediens: et similiter dicitur magis impossibile quod est secundum se ipsum impossibile, quam quod est simpliciter impossibile.

Ad quintum sed contra dicendum, quod, sicut iam dictum est, Deus non dicitur hoc non posse, quod impediatur ab aliquo, sed rationibus praedictis.

Ad sextum sed contra dicendum, quod virginitas non opponitur partui sicut caecitas visui; sed opponitur virili commixtioni sine qua natura partum facere non potest, Deus autem potest.

Ad septimum sed contra dicendum, quod illa opposita, creatum et increatum, non fuerunt in Christo secundum idem, sed secundum diversas naturas; unde non sequitur quod Deus potest facere opposita inesse eidem secundum idem.



Ad octavum sed contra dicendum, quod quando Christus intravit ianuis clausis, et duo corpora fuerunt simul, non est aliquid factum contra geometriae principia. Nam ad duo puncta diversorum corporum ex una parte, non terminabatur una linea, sed duae. Quamvis enim duae lineae mathematicae non sint distinguibiles nisi secundum situm, ita quod intelligi non potest duas lineas tales simul esse; tamen duae naturales distinguuntur in subiecto; ita quod, posito quod duo corpora sint simul, sequitur quod duae lineae sint simul, et duo puncta, et duae superficies.



AQUINATE
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino
Questões disputadas sobre a potência de Deus.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Questão 1

Artigo 3

Pergunta-se se aquelas coisas que são impossíveis para a natureza, sejam possíveis para Deus.

E parece que não.

Arg. 1. Afirma, pois, certa *Glossa a Romanos XI*, 24, que Deus por ser o autor da natureza não pode operar contra a natureza. Ora, as coisas que são impossíveis para a natureza são contra a natureza. Logo, Deus não pode fazê-las.

Arg. 2. Ademais, assim como tudo o que na natureza é necessário é demonstrável, assim, também, tudo o que é impossível nela é improvável pela demonstração. Ora, em toda conclusão de uma demonstração são incluídos os princípios da demonstração; mas em todos os princípios da demonstração é incluído este princípio, que a afirmação e a negação não são simultaneamente verdadeiras. Portanto, este princípio é incluído em qualquer impossibilidade da natureza. Ora, Deus não pode fazer que a afirmação e a negação sejam simultaneamente verdadeiras, como quem dizia respondendo. Logo, não pode fazer nada impossível na natureza.

Arg. 3. Além disso, sob Deus existem dois princípios, razão e natureza. Ora, Deus não pode fazer as coisas que são impossíveis para a razão, como que o gênero não se predique da espécie. Logo, nem mesmo aquelas coisas que são impossíveis para a natureza.

Arg. 4. Ademais, assim como o falso e o verdadeiro se referem ao conhecimento, assim, também, o possível e o impossível à operação. Ora, aquilo que é falso na

natureza, Deus não pode conhecer. Logo, o que é impossível na natureza, Deus não pode fazê-lo.

Arg. 5. Além disso, quando algo é semelhante em um e em todos, o que se prova de um se entende provado de todos; como se prova de um triângulo que a soma dos três ângulos é igual a de dois retos, se entende que está provado para todos. Ora, por semelhante razão parece, sobretudo, impossível que Deus possa e não possa aquilo; seja da parte do seu operar, pois a potência divina é infinita, tanto da parte das coisas feitas, pois todas as coisas têm potência obediencial a Deus. Logo, se algo é impossível por natureza que não se possa fazer, como dizia quem responde, parece que não pode fazer nada impossível.

Arg. 6. Ademais, em II *Timóteo*, 2, 13 é dito: “Fiel é Deus que não pode negar-se a Si mesmo”. Mas negar-Se-ia a Si mesmo, como afirma a *Glossa*, se não cumprisse a promessa. Ora, como a promessa de Deus vem de Deus, do mesmo modo toda a verdade vem de Deus: pois, como afirma a *Glossa* de Ambrósio sobre I *Cor.* 12, 3, sobre isso: “Ninguém pode dizer, Senhor Jesus, toda a verdade, quem quer que seja, senão pelo Espírito Santo”. Portanto, não pode operar contra algo verdadeiro. Mas faria algo contra a verdade se fizesse algo impossível para a natureza.

Arg. 7. Ademais, Anselmo diz em *Cur Deus homo*, I, 20, que o mínimo inconveniente é impossível para Deus. Ora, seria inconveniente que a afirmação e a negação fossem simultaneamente verdadeiras, pois o intelecto ficaria paralizado. Logo, Deus não pode fazer isto; e do mesmo modo não pode fazer todas as coisas que são impossíveis para a natureza.

Arg. 8. Além do mais, nenhum artífice pode trabalhar contra a sua arte, pois o princípio de sua operação é a sua arte. Ora, Deus agiria contra a sua arte se fizesse algo impossível na natureza, pois a ordem da natureza, sobre a qual algo é impossível, é conforme a ate divina. Logo, Deus, etc.

Arg. 9. Ademais, é mais impossível o que é impossível por essência do que é impossível por acidente. Ora, Deus não pode fazer o que é impossível por acidente, ou seja, que o que aconteceu não tenha acontecido, como é evidente para Jerônimo que em *Epistola 22 ad Eustodium*, diz que ainda que Deus possa fazer outras coisas, não pode tornar virgem uma mulher que deixou de ser; e

também para Agostinho em *Contra Fausto Maniqueo*, 26, 5 e para o Filósofo em *Ética a Nicômacos*, VI, 2, 1139b 5-11. Logo, Deus não pode fazer na natureza o que é por essência impossível.

Mas contra 1. Está o que é dito por *Lucas* 1, 37: “não será impossível para Deus toda palavra”.

Mas contra 2. Além do mais, toda potência que pode fazer uma coisa e não outra é uma potência limitada. Portanto, se Deus pode fazer os possíveis na natureza e não os impossíveis, ou estes e não aqueles impossíveis, parece que a potência de Deus é limitada, o que contraria o que foi acima determinado. Logo, etc.

Mas contra 3. Além do mais, tudo o que não está limitado por algo que existe na realidade, não pode ser impedido por nada que exista na realidade. Ora, Deus não está limitado por alguma coisa que exista na realidade. Portanto, nada que exista na realidade pode impedi-Lo; e assim, a verdade deste princípio ‘a afirmação e a negação não podem ser verdadeiras ao mesmo tempo’ não pode impedir que Deus possa fazer. E por razão semelhante, todos os outros princípios.

Mas contra 4. Ademais, as privações não são susceptíveis de mais e menos. Ora, impossível se diz segundo a privação da potência. Portanto, se há um impossível que Deus possa fazer como, fazer o cego enxergar, parece que pela mesma razão, pode fazer tudo.

Mas contra 5. Ademais, tudo o que resiste a algo, resiste por algum motivo de oposição. Ora, nada se opõe à potência divina, como ficou evidente acima. Logo, nada pode resistir-Lhe; e por isso Ele pode fazer todas as coisas impossíveis.

Mas contra 6. Ademais, assim como a cegueira se opõe à visão, assim também a virgindade ao parto. Ora, Deus fez com que uma virgem, permanecendo virgem, desse à luz. Logo, pela mesma razão pode fazer com que o cego, sendo cego, visse e pode fazer com que a afirmação e a negação sejam simultaneamente verdadeiras e, por conseguinte, todas as coisas impossíveis.

Mas contra 7. Além do mais, é mais difícil unir formas substanciais diversas do que formas acidentais. Ora, Deus uniu em uma as forma substanciais maximamente diversas, a saber, a divina e a humana, que diferem segundo o criado e o não criado. Logo, muito mais facilmente pode unir duas formas acidentais em uma, fazendo com que uma coisa seja ao mesmo tempo branca e negra: E assim, afirma-se o mesmo que o anterior.

Mas contra 8. Além do mais, suposto que algo fosse removido da definição que pertença à sua definição, seguir-se-ia simultaneamente tratar-se de uma contradição, como o homem não ser racional. Ora, terminar em dois pontos é a definição de linha reta. Portanto, se alguém remove isto da definição da linha reta, se segue que dois contrários existam simultaneamente. Ora, Deus fez isto quando se apresentou diante dos discípulos estando as portas fechadas: então, na verdade, houve dois corpos ao mesmo tempo, e assim se segue também que duas linhas possam terminar num só ponto e cada uma delas em dois pontos. Logo, Deus pode fazer que a afirmação e a negação sejam simultaneamente verdadeiras e, por conseguinte, pode fazer todas as coisas impossíveis.

Conclusão. Respondo dizendo que segundo o Filósofo em sua *Metafísica* V, 12, 1019b 21-34, o possível e o impossível se dizem de três modos: Um modo com relação a alguma potência ativa ou passiva; como quando se diz que é possível o homem passear por causa de sua potência de andar, mas voar é verdadeiramente impossível. Outro modo não com relação a alguma potência, mas com relação a si mesmo, como quando dizemos ser possível o que não é impossível e dizemos impossível o que necessariamente não existe. Terceiro modo se diz que é possível com relação à potência matemática que é considerada na geometria, quando se diz que a linha é uma potência comensurável, pois o seu quadrado é comensurável. Deixando, pois, este tipo de possível para mais tarde, consideremos os outros dois modos.

Deve-se saber, portanto, que o impossível que se diz com relação a nenhuma potência, senão só a si mesmo, diz-se em razão da incoerência dos termos. Mas toda não coerência dos termos é em função de alguma oposição; mas em toda oposição se inclui a afirmação e a negação, como se prova em *Metafísica* X, 4, 1055a 38b 1; daí que em toda impossibilidade implica-se ser simultânea a afirmação e a negação. Mas isto não pode ser atribuído a nenhuma potência ativa;

como é evidente. Toda potência ativa é consequência da atualidade e entidade do que é.

Cada agente é capaz de agir por natureza produzindo algo semelhante ao que é em si mesmo; por isso, toda ação da potência ativa termina no ser. Embora alguma vez produza pela ação o não ser, como se evidencia na corrupção, mas isto não ocorre senão enquanto o ser de um não é compatível com o ser de outro, como o ser quente não é compatível com o ser frio; e por isso o calor gera o quente como sua principal intenção, mas que suprima o frio, isto é consequência. Isto, porém, que sustenta ser a afirmação e a negação simultâneas, não pode corresponder à razão do ente, nem mesmo a do não ente, pois o ser exclui ao não ser e o não ser ao ser: daí que nem principal nem consequentemente pode ser término de alguma ação da potência ativa.

Na verdade, o impossível que se diz com relação a alguma potência pode ser considerado de dois modos. Um modo por causa do defeito da própria potência, em razão de si mesma, porque de alguma maneira não pode estender-se a aquele efeito, quando um agente natural não pode modificar alguma matéria. Outro modo, a partir de algo extrínseco, quando a potência de algo está impedida ou limitada. Assim, portanto, diz-se que algo é impossível de ser feito de três maneiras: uma maneira, por causa do defeito da potência ativa, seja na modificação da matéria ou qualquer outro motivo; outra maneira por causa de algo que resista ou impeça; terceira maneira por causa disso que se diz que é impossível de ser feito, porque não pode ser término da ação.

Logo, as coisas que são impossíveis para a natureza, conforme a primeira e a segunda maneira, Deus as pode fazer, porque sua potência que é infinita não padece nenhum defeito, nem há matéria que não possa livremente mudá-la; pois não pode resistir à sua potência. Ora, o que se diz que é impossível segundo a terceira maneira Deus não pode fazê-las, porque Deus é maximamente ato e principalmente ser. Por isso sua ação não pode dirigir-se senão principalmente ao ente e não consequentemente ao não ente. E por isso não pode fazer que a afirmação e a negação sejam, simultaneamente, verdades, nem aquelas coisas nas quais se inclua esta impossibilidade. Não se diz que não possa fazer isso por causa do defeito de sua potência, mas por causa do defeito de possibilidade daquilo que carece do caráter do possível; por causa disso alguns preferem dizer que Deus pode fazer algo, mas algo não pode ser feito.

Ao primeiro, respondo dizendo que as palavras de Agostinho na Glossa não devem ser entendidas no sentido de que Deus não possa fazer outra coisa que a natureza faça, quando Ele mesmo frequentemente age contra o curso habitual da natureza; mas devem ser entendidas no sentido de que todas as coisas que faz não são contrárias à natureza, mas de sua natureza, porque Ele mesmo é o criador e ordenador da natureza. Assim, pois, nas realidades naturais parece que quando algum corpo inferior é movido pelo superior, este movimento lhe é natural, embora não pareça conveniente ao movimento que naturalmente tem por si mesmo; como o mar se move segundo o fluxo e o refluxo causado pela Lua; e este movimento lhe é natural, como afirma o Comentador em *Commentarium magnum in III De caelo*, com. 20, mesmo que a água segundo seu próprio movimento natural seja atraída para baixo; e, deste modo, todas as criaturas têm como algo natural aquilo que Deus fez nelas. E, por isso, nelas se distinguem dois tipos de potência: uma natural que se refere às próprias operações ou movimento; outra que se diz obediencial, com relação àquelas coisas que recebem de Deus.

Ao segundo, respondo dizendo que em qualquer impossibilidade está implicada que a afirmação e negação são simultâneas, segundo a qual é impossível; mas as coisas que são impossíveis por causa de um defeito da potência natural, como a de um cego que possa vir a ver, ou qualquer coisa semelhante, porque não são coisas impossíveis em si mesmas, não implicam uma impossibilidade deste tipo, mas só em comparação à potência natural, para a qual são impossíveis, como ao dizer que a natureza pode fazer que um cego possa ver, pois implica a impossibilidade antes dita, posto que a potência da natureza está determinada a uma coisa e o que se lhe atribui está para além dela.

Ao terceiro, respondo dizendo que os impossíveis para a filosofia racional não são com relação a alguma potência, mas com relação a si mesmos: porque o que pertence à filosofia racional, não são aplicadas à matéria, ou a algumas das potências naturais.

Ao quarto, respondo dizendo que aquilo que é falso na natureza, também é falso absolutamente e, por isso, não é semelhante.

Ao quinto, respondo dizendo que não é a mesma razão de toda impossibilidade: porque algumas coisas são impossíveis pela essência, outras coisas são impossíveis com relação a alguma potência, como acima foi dito. O fato de que ambas sejam referidas de modos diferentes à potência divina não impede a infinitude da potência divina, nem a obediência da criatura.

Ao sexto, respondo dizendo que Deus não destrói o que já era verdadeiro; porque não faz com o que era verdadeiro, que não o tenha sido; mas faz que alguma coisa que não seja verdadeira, que fosse verdadeira de outra maneira. Como quando ressuscita um morto, faz com que não seja verdadeiro que ele estivesse morto, o que de outro modo seria verdadeiro. Ou há que dizer que não há semelhança, pois a afirmação de que Deus não cumpre uma promessa seguir-se-ia que não é veraz: por outro lado, de que destrua seu efeito, isto não procede, porque não ordenou que seu efeito permanecesse sempre, como ordenou que se cumprisse sua promessa.

Ao sétimo, respondo dizendo que não pode fazer que uma afirmação e negação sejam simultâneas: não porque seja inconveniente, mas pelo motivo anteriormente dito.

Ao oitavo, respondo dizendo que a arte de Deus não se estende só às coisas que são feitas, mas a muitas outras. Por isso, quando muda o curso da natureza em algo, não opera, por causa disso, contra a sua arte.

Ao nono, respondo dizendo que se Sócrates não corresse, tendo corrido, diz-se que é impossível por acidente: que Sócrates corra ou não corra, considerado em si mesmo, é contingente; mas por esta implicação, que o passado não foi, é impossível por essência. E por isso se diz que é impossível por acidente, como se fosse por algo que se lhe advém. Mas isto que se lhe advém é impossível em si mesmo. E implica plenamente contradição: pois, dizer que o que foi não foi é contradição, do que se segue, que se faria que o passado não tivesse sido.

Ao primeiro contrário, na verdade, ao qual se argui contra, respondo dizendo que a palavra não se diz só ao que se pronuncia pela boca, mas também ao que é concebido pela mente. Mas isto que é a afirmação e a negação ser simultaneamente verdadeiras não pode ser concebido pela mente, como se prova em *Metafísica* IV e, por conseguinte, nenhuma das coisas nas quais isto se incluía.

Como, pois, as opiniões contrárias são assim em função dos contrários, como ensina o Filósofo em *Metafísica* IV, 3, 1005b 26-32, se deduz o mesmo, que as opiniões contrárias não são simultâneas: e assim não é contra a palavra do Anjo, se se diz que Deus não pode fazer os referidos impossíveis.

Ao segundo contrário, respondo dizendo que a potência de Deus não pode fazer o mencionado impossível por déficit de razão de possibilidade: e por isso a potência de Deus não se diz limitada, ainda que não possa fazer isso.

Ao terceiro contrário, respondo dizendo que de Deus não se afirma que não pode fazer algo, como se não fosse livre, como se fosse impedido, como foi dito; mas porque isso não pode ser o término da ação de alguma potência ativa.

Ao quarto contrário, respondo dizendo que a privação não recebe mais e menos segundo a essência; pode, no entanto, receber segundo a causa; como se diz que alguém é mais cego porque teve o olho arrancado do que aquele que tem a visão impedida por causa de algum câncer que o impede de ver: e semelhantemente se diz mais impossível o que é segundo si mesmo impossível do que o que é absolutamente impossível.

Ao quinto contrário, respondo dizendo que, como já foi dito, não se diz que Deus não pode isto, por ser impedido por algo, mas pelas razões já mencionadas.

Ao sexto contrário, respondo dizendo que a virgindade não se opõe ao parto como a cegueira à visão; mas se opõe à cópula com homem, sem a qual a natureza não pode fazer o parto, mas Deus pode.

Ao sétimo contrário, respondo dizendo que aqueles opostos, criado e não criado, não existiram em Cristo segundo o referido modo, mas segundo diversas naturezas; daí que não se segue que Deus pode fazer com que os opostos coexistam num mesmo indivíduo, segundo o mesmo aspecto.

Ao oitavo contrário, respondo dizendo que quando Cristo entrou pelas portas fechadas e dois corpos existiram ao mesmo tempo no mesmo lugar, não foi algo feito contra os princípios da geometria. De fato, de dois pontos de corpos diversos de uma parte não se determina uma linha, mas duas. Ainda que duas linhas matemáticas não sejam distinguíveis senão pela posição, do mesmo modo



não se pode entender que existam tais duas linhas simultaneamente; contudo, dois (corpos) naturais se distinguem por seu sujeito; assim que, suposto que dois corpos sejam simultâneos, se segue que duas linhas sejam simultâneas e também dois pontos e duas superfícies.